



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

4. De Vita Christi à 12. anno ad 30. Luc 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

*De vita Christi ab anno etatis 12. usq;
ad 30. Luc. 2.*

1. **C**Hristus annorum 12. Hierosolyma cum parentibus rediit in Nazareth, erat subditus illis. Considera Christum, scribit B. Lucas, capitulo primo facere, deinde docere. Nam 30. annis primo exercuit se in humilitate, paupertate, patientia, obedientia & oratione. deinde vtribus annis ultimis predicauit & docuit alios, ut intelligas, si verbo aliis prodelle velis, prius diu operam dandam pietatis bonorumque operum exercitationem non facile docebis alios verbo, quod non ipse praestiteris exemplo. 2. considera, scriptum non sit, quid egerit Christus post annum 12 usq; ad trigesimum, tamen non fuisse otiosum: à consuetudine mundi subtraxit, in adeundo templo & orando frequens, saeppe matrem in humilibus officiis, saeppe S. Ioseph in fabrili arte iuit. Nam Marci cap. 6. de eo quidam dicunt, nonne hic est faber? Cur autem haec fecit, nisi ut ad tempus solitudinem amemus, mundi consuetudinem vitemus,

yanan

DE
vanam
scamu
liamus
Cen
seph str
carissim
catorer
ginem
que in
celo a
creatut
aspicis
primi A
deser,
litis,
dera, q
lerit tan
certo cr
ta reue
fuerint
omnia
Alspice
& pecc
seph, n
landis
euerre
enim c
aucilla



DE VITA CHRISTI DOM. 133

vanam gloriam fugiamus, prius bene discamus, quam ad alios docendos profiliamus?

CONSIDERA ex una parte bonum Io. 2.
seph strenue laborantem, ut habeat, vnde carissimam sponsam suam, & mundi fabricatorem sustentet: Ex alia humilem Virginem sua industria, nendo, texedo, aliisque modis prouidentem cibum ei, qui in celo angelos, & in terra pascit omnes creatureas. Compatere CHRISTO, dum aspicis & illum in sudore vultus sui instar primi Adam laborantem, non ut sibi prodesset, sed ut nobis exemplum daret humilitatis, obedientiae, & caritatis. 2. considera, quantum solarium B. Virginis attulerit tam diuturna filii commoratio, que certo credebat mundi creatorem: quanta reuerentia ipsa & Ioseph eum allocuti fuerint. Quam promptus fuerit ille ad omnia, licet nihil ei imperare auderent. Aspice illum seruili cinctorio praecinctum, & per domum cuarentem, ut nunc S. Ioseph, nunc B. Virginem iuvare queat, dolandis asperibus, haurienda aqua, domo cuerrenda, foco construendo. Verosimile enim est nullos ibi esse, vel finarios vel ancillas. Circumstantibus etiam tunc.

334 MEDITAT. RESIDVA
gelis & obstupefētibus, eumq; cum ga-
dio iuuantibus.

¶. CONSIDERA , quoties prāter ista co-
poralia opera & publica fecerit alia mul-
spiritualia & sublimia in secreto; ac im-
mis , quoties labore diurno fessus in pa-
perculum suum cubiculum rediens tou-
subinde noctes p̄ salutē nostra in ora-
ne impenderit. Quoties multas horas
rebus cœlestibus matri patrique explo-
dis impēderit. Quoties per diem labo-
orandi causa, petita à parentibus facili-
te , interruperit. Quoties memor inob-
dientiæ parētum primorum, ingratitudi-
nis hominum, & perditionis tot animarū
cum lacrymis animam suam crucifixi
vt iram Dei placaret , & salutē nobis
petraret. 2. Considera, quod B. Lucas
dit , Christum cum etate creuisse in sapientia
& gratia apud Deum & homines. videlicet
si verè Christum imitari velis , te deinde
operam dare, vt nullum vitæ tempus
fructu abire permittas , proficiēdo deinde
rute in virtutem, tum apud Deum, per
seruationem diuinorum præceptorum
tum apud homines per exempla
bonorum operum,

MED.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN